



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

14. De Amore: Amoris nomen.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Ita certa, statim per rimulas ingens aquarum vis erupit, qua ignis extinctus est, & Chaldaeorum superstitio derisa. Simile quidpiam in affectu contingere non ratio cernitur. Is enim semel emissus, volat ferox, alacer, & incensus, pugnat, vincit, triumphat, quod si in adversarium incidit hominem frigidum, vastum, subtilera, ut ignis à Nilo extinguitur. Oratori igitur, qui mouet affectus, non tantum inanis calor, qui statim effluat, sed animorum solida persuasio, quæ in posterum etiam remaneat, querenda est. Contra, ei qui cupit remittere, & frangere. Primum aperienda est ars mouentis, quod est omnium ad contemptum motus efficacissimum. Ostendendum quippe auditori, comparatam de industria hanc in eius simplicitatem machinam, vanis illum umbris agitari, & quasi Panico terrore moueri, quod ubi intelligit ipse, suos irridet affectus, & suspectum habet eum, qui mouere conatus est; imò per sepe quasi fraudulentum deceptorem auerfatur.

Argumenta deinde, aut aperte, aut tacite oppugnanda, res extenuanda, verba minuenda, leones, & Elephantia in culices, & formicas efformandi. Si non leuiter impressus, sed tenacius insidens pectori colluctetur affectus, aliò quantum fieri poterit, auertendæ erunt, & deducendæ cogitationes.

Ad summum, comparato iam auditoris animo, aliæ motiones erunt excitandæ, ut clauus enim clauum, sic motus motum pellit; colliduntur etiam nonnunquam tanquã vudæ in mari, aliud aliud auget, vel minuit, vel tollit. Odium misericordia mitescit, fauor inuidia diluitur, ira amore, vel reuerentia intepest. Ritus denique vel exhilaratione animi, vel conuersa in se cogitatione excitatus, magnos sepe, & atroces motus composuit, & verbum appositè, ac festiuè dictum omnem motuum doloris, iracundiæ, miseracionis, & cæterorum apparatus, viresequè confudit.

pariter veifat, & rapit: sic omnes affectus vnus amoris complexus comprehensit, vnus quoque amoris conuersione mouentur. Spes, metus, iracundiæ, voluptates, inuidiæ, emulaciones, odia ipsa, quod miretis, ex amore proficiscuntur: Qui cum admodum late pateat, & tantum sibi in humanis actibus vendicet dignitatis, nihil mirum, si in Theologorum, Philosophorum, Rhetorum, poetarumque scriptis, vtramque sepe paginam facit. De hoc igitur affectu pauca imprimis, & lecta dicenda sunt. Ordior à nomine.

Mortalium virio qui præclara quæque in prauos vsus veterunt, factum est, ut castis auribus vox amoris sit plerumque suspecta, & nonnihil inuisa, quæ causa Diuum Dionysium mouit, ut *ερωτες* nomen vsurpat in Theologicis, piæ mentes ad celestis amoris fatu accipiendos, præpararet, & nihil in hac amoris voce subuindendum esse ostenderet.

*Ὅτι τὸ εἶναι τὸ εἶρωτες διότι μὴ φησὶν ἡμῶν. μὴ δὲ λέσ ἡμῶς δορεθεῖτω λόγος τῶν ἐπιτῶν δὲ δὲ τοῦ μῦθου,* addit S. Ignatium ante se hac eadem voce in sacris vsu, & esse nomine ἡ ἀγάπης θεοῦ εἶρωτες; quo fit, ut nihil habeat suspicionis. Græci porro *ἐρωτα* dixerunt, ἀπὸ τῆς εἶρεν ἰδὲ δασμῆν, ὅσιν ἡμῶν γὰρ ἡμῶς πόθος, à neclendo, quod animas desiderijs, quasi laqueis implicet, vel amanti pectora, mentesq; coniungat; an etiam, inquit, *παρα τὸ εἶρω, τὸ λέγω λάλοι γὰρ οἱ ἐρωτες,* à loquendo, quod laquaces sint, qui amant, vnde & amorem ab Hebræo nomine *אמר amar*, hoc est loqui, deriuant nonnulli; quamquam Latinas voces ab Hebræis raro deduci velim: sed hæc Grammaticis disceptanda relinquamus.

Amoris definitio, & de triplici anime motu.

Ex S. Dionysio præclarè.

CAPVT XV.

De amore.

Amoris nomen.

CAPVT XIV.

VT celestes orbes, is qui omnium supremus est, suo ambitu contentos, motu

Præclara vox Xenophanis Colophonij, qui auidum diuinitatis humanum ostendens ingenium, homines non modo se Diis Xenophanis similis facere, sed ipsos sibi Deos assimilari con-